Illis dum veritati inſiſto· nequaq̄
placere poſſum· ſed nec ob eoꝝ gra
ciam dignor non acquieſcere verita
ti· Non eſt tamen quod michi poſ
ſint opponere niſi ꝙ michi ꝟ illis
non conuenit· ꝟ ꝙ interdū aliqui a
micorum dum in manibus eorum
labitur· in aure ſuggero· Ne te deci
piāt aīmi ſub vulpe latentes· Hij
quidem imperatores ſunt curialium
nugatorum· quorū ſi vnū offende
ris oībꝰ alijs reus eris ¶ Gnatoni
coꝝ ergo cōſilio cōuenerūt ābicioſi
inuidi ſupſticioſi ⁊ ſimiles dicentes
ſibi bella parari· ⁊ me in eos velle ut
dici ſolet caninā facūdiā exercere cū
tamen id minime ꝓpoſuerī niſi aut
eoꝝ iniurijs vrgear· aut auctorita
te ſupiorisamici ad hoc ſtilum licet
hebetē impellēcis ¶ Eſt quidē quod
magis aīmus affectat vt curialibꝰ
cedens nugis illis quibus placent
faciam locū Nam vt de alijs taceā
nō poſſum ferre quietes gnatonis
q̄ ſibi nil actū credunt dū aliq̄s reſ
titerit· cuius oculos non obducant
ad tenebras reprobatis oleo pecca
toris· Quod ſi quis effugerit non
tam gnatonis q̄ꝫ principalū virorū
cenſetur hoſtis· Valeat ergo curia
cum tolerabilibus nugis· dum gna
tonicoꝝ factio abeat ſemper in ma
lam rem· ꝟ fiant iugiter nouiſſima
illius deteriora prioribus Ceteros
dies ſuus expectat ꝟ occū· ꝟ ſi inſe
cūdi pectoris anguſtia et oris aridi
tas infacūdi/non habeat penes ſe·
quod poſſit omnibus impartiri· Cu
quādo ambicioſos· ⁊ inuidos ceteroſ
q̄ꝫ domi noſtre latentes egredi velis

ſi t n̄ pmiſſi libelli placuerint expec
tanti denuncia· ⁊ in verbo tuo calca
tibus vrgebuntur· vt in publicum
prodeant Non enim omnes aggre
diendi ſunt pariter nec poſſet cōſer
tus eorū cuneus facile expugnari·
cum nec ipſe cohortes leuiter in nu
merū cadant· Non michi ſi centum
lingue ſint oraq̄ꝫ centum· Omnia
nugacū percurrere nomina poſſem·

## Incipiunt capitula ſeptimi libri

¶ Qz achademici modeſtiores fue
rint alijs phis quos temeritas ex
cecauit ut traderetur in ſenſū reprobū·
Capitulum primum

¶ De erroē achademicoꝝ· ⁊ quos
eorum liceat imitari· ⁊ que ſunt du
bitabilia ſapienti Capitulum ſecū
dum·

¶ Unde dicti ſunt achademici· et
quis timor aut paſſio mentis ſcd̄m
agelliū ⁊ ſtoicos in ſapientē cadat·
Capitulum tercium

¶ Unde dicatur philoſophia et de
ſanno pithagora· et doctrina eiꝰ q̄
ytalicis philoſophandi auctor exti
tit Capitulum quartū

¶ De ionico genere phoꝝ ⁊ aucto
ritate ſocratis ⁊ dogmate platonis
ꝟ opinione eius poſt mortem· Ca
pitulum quintū

¶ De ariſtotile ⁊ opinione eius ⁊
ſtudijs ꝟ ꝙ varijs diſputationibꝰ
dubitationem achademicorum mo
uit ⁊ de regula eorum Capitulum
ſextum·

¶ Qz alia ſenſus/alia rationis. a lia religionis auctoritate pbant. et qꝫ fides in omni doctrina aliquod ſtabile initiū vēdicat. qđ pbari non debet. ⁊ qꝫ alia p ſe doctioribꝰ inno teſcūt. alia rudibꝰ ⁊ quatenꝰ dubi tandum ſit. Et qꝫ pertinatia verita tis inquiſitionem plurimū impedit

Capitulū ſeptimū

¶ Qz virtus vnica via eſt philoſo phandi ⁊ eūdi ad beatitudinē. ⁊ de tribꝰ gradibꝰ accedētium ⁊ de tribꝰ ſectis phoꝝ Cplm viij.

¶ De arrogantia multitudinis i perite. et qualit̄ legenda ſint q̄ pde ſ ſe poterunt et obeſſe. et qꝫ ingenio vel exercicio ſine grā ſapientia non ꝯtingit Cplm nonū.

¶ Oēs ſcripturas eſſe legendas. ⁊ de benedictione que p̄nugenis da ta eſt. et filijs noe et qꝫ boni/aucto ritas nullius gentilium preiudicet Cplm decimū

¶ Quid ſit vere philoſophari ⁊ ad quem finem omniū ſcripturarū ver gat intentio Cplm xi.

¶ De ineptijs nugatorum. qui ſa pientiam verba putant. et qꝫ aliter legēdi ſūt libri diuini. aliter genti les Cplm duodecimū

¶ Que ſint neceſſaria. et q̄ſi cla ues philoſophandi. et q̄no ſimplici tas amica veritati eſt. et quid ſit luctari cū angelo. vel ābare eum. et quid ſit aut proſit ad vacationē ſa piētie relinq̄re patriā Cplm xiij.

¶ De ſeptima claue diſcentium. Cplm xiiij.

¶ In quo epicurus et ſui ſummū bonū conſtituant. et qꝫ p labores multos it̄ ad voluptates Caᵐ xv

¶ De amore diuiciarū. et qꝫ in eis aia nō quieſcit. Cplm xvi.

¶ De ābitiōe ⁊ qđ cupiditas ſtul ticiam comitatur ⁊ q̄ ſit oꝛtꝰ tyrā nidis. ⁊ de diuerſis vicijs ambiti oſorum. Cplm xvij.

¶ Qz ambitioſi diſſimulāt ſe nolle qđ maxime appetāt. ⁊ q̄bꝰ excuſati onibus ꝓpoſitū tegāt Cplm xviij

¶ De hijs qui ipudētius irruūt ſi ne diſſimulatōe ambitionis. quos neqꝫ ratio nec auctoritas repͥmere poteſt. Cplm xix.

¶ De legibus ſclariū principū q̄ bꝰ curiales ⁊ officiales arcētur ab honoribꝰ ecciaſticis. et quibꝰ exem plis cardinice. ⁊ ab yrarite nitātur obtinere Cplm. xx.

¶ De ypocritis quomō ambitio nis labē falſa religiōis ymagine ni tūtur occultare Cplm xxi.

¶ De eiſdē et ezechia qui theſau ros q̄s oſtētauit amiſit Caᵐ xxij

¶ Qz cartuſienſes dū moderatio nis habenis auariciam cohibent. ⁊ magni montis noua religio dū om nia mūdana ꝯtempnens. ⁊ de craſ tino non cogitans repellit oīa. aua riciā excludit. ab ypocritaꝝ nota ⁊ noīe longiꝰ abſūt. ⁊ qui ſint ſecula res ⁊ religioſi. ⁊ que regula actiuo rū. ⁊ que ocioſoꝝ. et quis ſit finis ypocriſeos Cplm xxiij.

¶ De inuidis ⁊ detractoibꝰ Ca. xxiiij

¶ De libtat̄e amore ⁊ fauore. ⁊ de hijs q̄ libē dcā pacīēti aīo maiores tulerunt ⁊ de dira lectorie ⁊ ſcoma te Cplm xxv.

¶ Expliciūt capl̄a ſeptimi libri.

¶ Incipit prologus in librum ſep
timum policratici

Egreſſus aulā curi
aliū declinaſſē con
ſortia nugatorū /
niſi me ī ipſo limi
ne abeuntē tue ꝑ
ceptionis detinuiſ
ſet auctoritas Cum enī tibi cordis
mei āguſtias denudarē: ⁊ de tēporis
⁊ vite iactura ꝯquērer· omnia me
quoad deꝰ aliud reuelaret· ſtatuiꝫ
reformaret in melius· forti aīo per
ferre ꝑcepiſti· ſuadēs vt more labo
rantiū/qui cantilenis et vocū dulce
dine laboris tedia propulſāt· aut
minuūt· terū tempiſ qꝫ diſpēdia cō
penſare Nā ⁊ itinerātibꝰ via facili
or videtur ⁊ breuior· ſi iocūde nar
ratiōis ſenſibꝰ aut vocis dulciſſone
modulis recreetur Hic ⁊ me lectio
nis aut alteriꝰ officij ſtudio iubes
inſiſtere· ⁊ ſi aliud nō ꝯcedit de me
ipſo ⁊ varijs fortune formis· ꝯque
ri ſaltē michi ⁊ muſis Grandis ei
ꝓfectꝰ eſt ad phiam aſpiranti virtu
tis in ſe deplorare defectū· ¶ Ad hec
quid tibi reſpōdeā ꝯuincꝰ ſuggerit
quia oēs cū valemus recta conſilia
egrotis damꝰ Tu aūt ſi hic ſis ali
ter ſentias Dic ſic a captiuatꝭ quo
rū organa in ſalicibꝰ ſuſpēſa ſunt· q̄
runtur verba cantionū· que cantari
oīno nequeūt aut non ſolent in ter
ra aliena Licet enim virtꝰ iniurias
captiuitatis ignoret· aut ſuo ꝑuari
nō poſſit officio· rarꝰ eſt admodū·
q̄ philoſophicas et curialibꝰ officijs
ſufficiat morē gerere· cū hec ſibi ple
rūqꝫ ꝯſtat aduerſari Unde te ferre ī
poſſibilē videris imparē· ꝑſertim cū
ego ſim hō ſub poteſtate ꝯſtitutus·
vel iuitꝰ faciam plurima neceſſitate
obſequēdi et in hijs q̄ ꝓprie volun
tatis ⁊ ſapiētie inſtinctu gerēda ſūt·
michi vix tempꝰ indulgeatꝭ ad pau
ca Dies ⁊ nox neceſſarijs ⁊ alienis
occupationibꝰ trāſigūtur· vt nec rei
familiari curā impēdere liceat· ⁊ tu
hortaris vt ſcribā· homo q̄dē impe
ritꝰ ſine ſciētia ⁊ ſermone Et unde
qđ non accepi alijs erogabo? Na
uē ſi poſcat ſibi peronatꝰ arator In
fert iudis exclamat melicerta ꝑiſ
ſe frontē de rebus ¶ Di itaqꝫ vis
vt ſcribā/ da/ vel poaꝰ ab eo q̄ ſcienti
arum dn̄s eſt· ſcientiā impetra vn̄
ſcribā· da tempꝰ expeditū· ⁊ neceſſi
tatū domeſticarꝫ exclude moleſtias
Nā ſi virgilio piū ⁊ tolerabile de
ſit· hoſpiciū· cadērēt oēs a crinibꝰ
ydri ¶ Preterea vereor ne dum ad
obſequiū deuotus accingor· diſpen
dium pudoris faciēs emulorum ꝓ
uocem linguas· qui mala aliena fa
cilime carpunt· ⁊ bona difficilime
imitātur· Cꝫ autem ſi aliud non
licet· vis vt de fortune calculo mi
chi et muſis querar· ſuadente quidē
mentis anguſtia facilimū eſt cum
teſte gregorio nazanzeno nichil ſu
auius videatur hominibꝰ q̄ꝫ aliena
loqui· vel aliena curare· ſed a ꝯpoſi
te mentis arbitrio videtur alienū·
¶ Decet enim ſapientem mētem
componere/ vt ad omnem fortune
impetum querelis excluſis/ ſcutum
rationis quaſi volubile pretorium
philoſophantis opponat· Qui enī
cum ſtatus ſui qualitate ꝯcratur·

niſi forte de pari corruptione lāgui
dꝰ ingemiſcat· nondū philoſophan
tis ingreſſus eſt viam· De me qui
dem merito queri poſſum/qui exigē
tibus culpis meis in id miſerie pro
iectus ſum: vt in flagella paratꝰ vi
dear· et os meum nocte doloribꝰ ꝑ
foretur· ⁊ qui me comedūt nō qui
eſcant Cū ergo dolor meꝰ in ꝯſpcū
meo ſit ſemꝑ· putas ne calami poſ
ſit vel ſtridētis fiſtule ſuauitate mul
ceri? Faciā tn̄ vtcūqꝫ auctore dn̄o
quod hortaris· ⁊ inť varias opes ⁊
delicias nationū quibus affluis ie
iuni pectoris et aride lingue qualia
cūqꝫ munuſcula tuo nomini cōſecra
bo ¶ Non enim de ſubtilitate ſnīa
rum aut vborū venuſtate pſumo·
ſed de ſinceritate deuotiōis in te cū
quouis oratore contendam Certꝰ
ꝙ eā pre auro ſapientum ⁊ eloquē
tiū argento acceptabis· diſcipulus
illiꝰ qui duo minuta vidue ꝓpoſi
oblationibꝰ diuitum ꝓtulit Erit e
ciā fauore digna ſimplicitas· ⁊ nō
quē ſenſum prima facie vba ſignifi
cent· ſed ex quo ſenſu vel ad quem
ſenſum fiāt· fidelis lector attendes·
Hic enim nugis ſeria immiſcētur/
⁊ falſa veris· vt ad ſūme veritatis
cultū oīa ex ꝓpoſito referātur· Nec
moueat te· ſiqua eoꝝ q̄ hic ſcribun
tur aliter inueniantur alibi/cum et
hyſtorie i diuerſis geſtorum caſibꝰ
ſibi inuicē reperiantur contrarie· ſed
ad vnū vtilitatis ⁊ honeſtatis ꝓfi
ciūt fructū· Nam periculū veri ſtatu
endi michi non facio· ſed que apud
diuerſos auctores legi· ad vtilita
tem legentiū ſine inuidia cōmunica

re ꝓpoſui· Nam ⁊ apl̄us/nō queca
qꝫ ſcripta ſūt vera ſūt ait· ſed quecū
qꝫ ſcripta ſunt ad noſtrā doctrinam
ſcripta ſunt· licet vniuerſitas eoꝝ
de quibꝰ loquitur/ad illa ſola poſſit
aptari q̄ i lege ſcripta ſūt ⁊ ꝓphis·
de quoꝝ veritate nemo ābigit/ni ī
q̄ fidei catholice nō cōcordat ¶ Qu
dam vero q̄ in libris auctoꝝ nō rep
peri· ex vſu cotidiano ⁊ rerū expe
ria· quaſi de quadā moꝝ hyſtoria ex
cerpſi Hic q̄ vero ad grauioris phi:
exercitatione videť accedere· acha
demicorū more inueſtigandi aīo ꝗ̄
ꝑuicacia cōtendēdi ſi cōſtet eſſe ꝓpo
ſita· vt in examinatione veri ſuū cu
iqꝫ iudiciū liberū reſeruetur ⁊ inuti
lis ſcribētium cenſeatur auctoritas·
vbi ſentētia potior refragatur· Pro
poſitum tamē eſt in hijs ꝓpue ver
ſari vn̄ pnicāē error nō ꝯhit· ⁊ ad il
loꝝ diffinitionē ꝓſūptiōe temeraria
nō aſſurgere· in q̄bꝰ ſīn periculo nō er
rať· Nemo āt in iniuriā ſuā reputet
q̄ppiā dicā cū nulla ſit derogatio ꝑ
ſonarū· ſꝫ fugiēdoꝝ ſola ꝯuictio vicī
orū In q̄ quidē me ꝓſtitū ire obſeqū
tū malē ꝙ̄ bonis arbitror dū i hijs
approbať qꝺ faciūt/⁊ hij notatē vi
cijs poſſint ꝓficere vt ꝓbenē Dꝫ h̄
hactenꝰ Cur āt achademicos ꝓ ce
teris placeat imitari: ſermo ſucce
dens aperiet· ¶ Capl̄m ꝓmū· De a
chademicis modeſtiores fuerūt alijs
phis quos temeritas excecauit· vt
traderenť in ſenſum reprobū

H Aliquos quidem phi
loſophos floruiſſe in
genijs ⁊ ſtudio ꝓfeciſſe
iā nō celebris opinio ē·

ſed omnib9 in cōmune pſuaſa ſnīa
Ad deos enim ex natura fere incōpre
henſibiles ſtudio ⁊ exercitatiōe vi
am ſibi fecit ingeniū·⁊ illoꝝ benefi
cio plurima publicata ſunt poſteris
quibus gaudem9 ⁊ miramur inuēt
Mundū dimenſi ſūt· celum ſuis re
gulis ſubiecerūt·nature varias ſcru
tati ſunt cauſas·⁊ vniuerſitatis o
pificem de factis quodāmodo ſunt
oculis cōtemplati·Quaſi ergo mo
le gigantea ſubuecti·⁊ iam non hu
manis virib9 roborati intumuerūt·
induxerūtq; bellū grē dei·de vigorē
rationis ⁊ libero confiſi arbitrio·ac
ſi ſcdm fabulas eſſēt celo captiuo v
tutū quibus efferebantur brachia
iniecturi·Deiecti ſunt itaq; dū alle
uarentur·⁊ dicentes ſe eſſe ſapien
tes·ſtulti facti ſunt·⁊ obſcuratū eſt
inſipiens cor eorum·vt qui omnia
fere pnouerant perniciosiſſime erra
rent·in maximis ⁊ varijs diſtracti
opinionib9 eciā minima ignorarēt
Si aū vero fabularum inſtrumē
ta vileſcūt·licet ⁊ ab hoſte doceri ſa
pientis anim9 nō detrectet/ cum pe
culiaris populus dei auro/argento
veſtib9/⁊ toto ornatu egyptiorum
reſplendeat·ſi gentiliū iniquā figmē
ta vileſcūt·ſic dū in campo ſenaar
fundamenta babilonis iacit impie
tas/dum turris elationis/⁊ contra
dictionis machia/in celum erigitur
de alto precipicij a deo facta eſt lin
guarum diuiſio·ſubtractoq; impije
verbi cōmercio/ex neceſſitate ſecuta
eſt ſeceſſio populorū·Hic et philoſo
phi dum ingenij ſui machinas ſuo
quodam theomachie genere i altū
erexerūt· eis vere incōmutabilis et
indeficientis veritatis ſubtracta eſt v
nitas/⁊ ignorantie nebulis obuolu
ti / eorū q̄ ab vna ⁊ ſingulari veri
tate vera ſunt: maximam noticiā p
diderūt· vt i reprobū ſenſū dati eſſe
conuincerentur ab opibus ſuis/⁊ tā
q̄ recedente duce/ ſpū ſcilicet verita
tis / diſpergerentur in varias ſectas
erroris et inſanias falſas·Et eo q̄
de miſeriores effecti ſūt· qꝛ i hijs de
fectū ſuū minime cognoſcebāt·Hic
ē qꝛ dū pnoen ſuā ſtoycus veneratꝰ
oīa neceſſitatis lege ꝯſtringit·Epi
cur9 econtra/dū rerū tuetur liberta
tem·diſpoſitionē euacuat·⁊ oīa ca
ſibus fluctuare contendit·E regiōe
cōſiſtūt·vtrūq; cultores ⁊ de ſingul
fere rerū articulis dimicant /⁊ qua
ſi palladis ſacramēto aſtricti/ſolas
paradoxas loquūtur/ aut kyrriadox
as et eas vſq;quaq; veras eſſe con
firmant Achademici vero vitan
tes pcipiciū falſitatis·in eo quidē
modeſtiores ſunt·qꝛ defectū ſuū mi
nime diffitentur ⁊ in rerū ignorā
tia poſiti fere de ſingulis dubitāt·
Quod quidem longe tuti9 eſt q̄ in
certa temere diffinire·Achademico
rum quoq; iuuat opinionē qꝛ non
modo eraclides ponticus ⁊ cicero nē
in ſūma ingenioſorū viroꝝ laude
recepti tandē ad eos tranſierūt·ſed
et alij plures·quos pcurrere lōgū
eſt·Nonne ergo preferendi ſunt a
lijs: quos et aſſerēdi modeſtia·⁊
tātorū viroꝝ cōmēdat auctoritas?
Capl̄m ij·De errore achademi
corū·⁊ quos eoꝝ liceat imitari·⁊ q̄
ſunt dubitabilia ſapienti·

Non tamen omnes q̄ acha
demicoꝝ cenſentur nomi
ne hāc dico modeſtie regu
lam tenuiſſe· cum et profeſſio ſaſſa
ſit· et pro parte tam riſui pateat q̄
errori· Quid enī ineptius q̄ fluctu
are in ſingulis· ⁊ nullius rei habere
certitudinē/ ⁊ nomē philoſophi pro
fiteri? Nam qui de oībus dubitāt
eo q̄ nichil habeant certū· tam a fi
de q̄ a ſciencia alieni ſūt· Licet enī
fides ad ſciencie brauiū non perue
niat· dum quaſi per ſpeculū verita
te abſentiū contuetur· habet tamē
certitudinē caligine ambiguitatis
excluſa· Porro ſi de ſingulis acha
demicꝰ dubitat· de nullo certus eſt
niſi forte et hoc ipſum incertū habe
at· an contrarijs exiſtentibus in eo
dem· circa idē poſſit et dubius ⁊ cer
tus eſſe· Vƺ an dubitat/ incertū ha
bet dū hoc ipſū neſcit an neſciat
Cum vero homo in eo ceteris ani
malibus preſtet q̄ ratione viget ⁊
intelligentia· nam in ſenſibus qui
licet aīe ſint corporis eſſe dicūtur·
facile ſuperatur· neq̨ linci valeat eq̄
ri perſpicacia oculorū· ſue auditu p̄
valeat· vultur aut canis odoratu·
guſtu cymea· aranea tactu· cū īquā
diſcernendi et intelligendi viribꝰ/
homo precedat· quis preſtantiorē
beſtijs· aūt potiꝰ quis nō inferiorē
ꝟ ut ita dicā q̄s brutiorē nō credat
hominē· cui ratio non diſcernit· in
tellectus non ſapit· cū et bruta ad
quādā rationis ymaginē quodāmo
do videantur aſſurgere? Nam ⁊ ca
nis ſuos diſcernit affectus· benefi
ciorū memor eſt· familiaritatē cum

homine ab experiencia rerū et vſu
contrahit ꝟ amicicie pre ceteris q̄ſi
fidē familiaribus exhibens ratioīs
et intellectus quodā nobilitatur in
genio· Vƺ ⁊ minutaƺ memoria
camelo tenacit̄ reſidet· ⁊ rinoceros
qui et vnicornis eſt· virginis inte
gritatē ſic agnoſcit· vt dūtaxat il
lius fere amplexibus capiat̄· Odo
re panthere cetera ſequūtur anima
lia· ꝟ q̄ mirabiliꝰ eſt piſces in gur
gitibus ad ſpeciē auri cōueniūt Vn
de ⁊ ſeuiē tis luxurie imperator nero
aureis vt dicitur rethibus piſcabat̄
Quid multa? Toruа leena lupū
ſequitur· lupus ipſe capellā· floren
tem cithiſū ſequitur laſciua capella
ꝟ in hunc modū voluptate ſua tra
hitur pluma· quod vt credo eue
nire non poſſet· ſi de affectibus ſu
is vel bruta animalia dubitarēt
Qui ergo ad ſingula neſcij ſint· q̄
temeritate vel impudentia philoſo
phandi profeſſionē arripiūt? Nā
ſicut ab eo quod notū eſt notio· ſic
et ratio ab eo quod ratum eſt id eſt
certū ⁊ firmū grāmatice denomina
tur Et profecto inanis eſt ratio ho
minis cui nichil perſuaderi poteſt·
qui ſemper ꝟ in omnibꝰ/ opinionū
lubricis vacillet· Quid enī ei philo
ſophia confert qui ſemper fluctuat
in omnibus· et cui in oſtendenda fe
licitatis via/ rationis lumen extin
guitur· ⁊ q̄ſi oculū eruit· vt cautꝰ
ꝟ rectiꝰ pergat viator cui oſtē ſura eſt
viā? None ⁊ plurimū obeſt illi qui
excecat̄· q̄d potiꝰ ſeq̄tur q̄ tāta ꝯtra
rietate diſtrahit̄? Hanc ad patriā
nemo peruenit· niſi q̄ vnā ſeq̄tur viā

et qui omni verbo autē accōmodat
nūq̄ quietus erit. Nonne ſimilioꝛ
eſt letargico aut inſipiēti ſiue inſa
no q̄ philoſopho. q̄ cū ſompnij me
minerit an doꝛmierit dubitat et cū
cibo ſaciatus eſt an ieiunus ſit neſ
cit. ⁊ nullius eoꝛum que egit vel in
pꝛoximo ſciētiā habet. Deinde qua
nam via in philoſophie inueſtiga
tione pficiet. cui ratio nichil perſua
det quod teneat. aut ſequatur. ſed
eſt ad oīa ſemper incertus? Talis
vtiq̨ achademicꝰ cū nec brutis ani
malibꝰ valeat adequari. nec dignꝰ
eſt hoīs nedū philoſophi vel hono
re vel noīe. Et quidē aduerſꝰ pſ
toꝛū ineptias magnus pater et fi
delis doctoꝛ eccleſie auguſtinus. ſed
⁊ cicero validis rationibus ⁊ ſermo
ne elegantiſſimo diſputant copioſi
us. Veruntamē ad illos qui de ſin
gulis dubitant que ſapienti faciūt
queſtionē: cicero ſeipſo teſte trāſiuit
Nec eos noſter auguſtinꝰ perſequi
tur. cū et ipſe in opibus ſuis acha
demicis vtatur tēperamēto frequēti
us ⁊ ſub āmbiguitate pꝛoponat mul
ta. que alij confidentius ne magis
temerarie diſputanti nō viderentur
habere queſtionē. Michi tamen nō
videtur quiſq̄ eo loqui ſecuriꝰ. qui
ita circūſpectus eſt in verbo ne pꝛo
labi poſſit ad falſa. Sunt autem
dubitabilia ſapienti que nec fidei
nec ſenſus aut rationis manifeſte
perſuadet auctoꝛitas. ⁊ que. ſuis in
vtrāq̨ partē nituntur firmamentis
talia quidē ſunt/ que queruntur de
pꝛouidentia. de ſubſtantia. quātita
te viribus. efficacia. et oꝛigine ani

me. de fato ⁊ facilitate nature. caſu
⁊ libero arbitrio. de materia ⁊ mo
tu ⁊ pꝛincipijs coꝛpoꝛū. de pꝛogreſ
ſu multitudīs/ ⁊ magnitudinis ſec
tione. an terminos oīo nō habeāt
an eos dumtaxat alogos tantē in
ueniant. de tempoꝛe et loco. de nu
mero et oꝛatione. de eodē et diuer
ſo. in quo plurima attritio eſt. de
diuiduo ⁊ indiuiduo. de ſubſtantia
⁊ foꝛma vocis. de ſtatu vniuerſaliū.
de vſu ⁊ fine. ortuq̨ virtutū et vicio
rū/ an omnes virtutes habeat qui
vnam habet. an omnia ſint peccata
equalia et equaliter puniēda. Itē
de cauſis rerū. et adiuīcēe cauū vel
repugnātia. de effluxiōe. ⁊ de fluc
tiōe oceani. de ortu nili. de humo
rū in aīalibus coꝛpoꝛibus augumē
to et diminutione/ ad motū lune.
de varijs latentis nature ſecretis.
de officijs/ ⁊ varijs figuris cauſaꝝ
que in contractibus. aut quaſi con
tractibus maleficijs. aut quaſi ma
leficijs. aut alijs rerū foꝛmis varie
oꝛiuntur. de natura/ ⁊ operibus eiꝰ
de veritate/ ⁊ primis rerū inicijs. in
quibus humanū ingeniū deficit. an
angeli omnino ſua nō habeāt aut
qualia coꝛpoꝛa. et que pie de ipſo
deo queruntur. qui totius nature ra
tionalis excedit inueſtigationē ⁊ ſu
per oīa que mente poſſūt capi exal
tatur. Poſſēt in hūc modū enarrari
q̄plurima q̄ ſic dubitationē ſapiētis
admittūt. vt tū dubitatio ipſa vul
gū pteręat. In hijs itaq̨ facile cre
diderī achademicos tāto modeſtiꝰ
dubitaſſe: quanto eos temeritatis
ſapiciū diligētius pcauiſſe reperio

Ideo quidem vt cum apud ſcripto
res in locis nõ paſſim dubijs verba
quodammodo ambigua qualia ſũt
hec. ſi forte fortaſſe ⁊ forſitan ꝑſe
ũtur ; achademici dicantur vſi te
peramento. eo ꝙ teꝑratiores ceterꝭ
fuerint achademia . qui oẽm veriti
ſunt temerarie diffinitiõis ſubire no
tam ⁊ ꝑ̃piciũ falſitatis ¶ Capl̃m
tercũ. Vñ dicti ſint achademici et
quis timor aut paſſio mentis ſcd̃m
agellium et ſtoicos in ſapientem
cadat.

H

Achademici quidẽ dicti ſũt
ab achademia . vñ plato
extitit ociũd9 . qui eũdẽ ſue
natiuitatis locũ ⁊ ſtudẽdi vſu. ⁊ diſ
cipulorꝫ frequentia. meritorũqꝫ ſu
orum celebritate fecit inſignem. Il
lum vero locũ ceteris pretulit. eo ꝙ
ad incuciendum timorem quo vicia
reꝑmerẽtur. et agnita ꝯditione ſui /
modeſtia fideli9 ſeruaretur. maxime
diſuꝰeſt ex frequẽti terre motu quo
ſepe collidiur eſſe ydone9 Timor
enim ſicut modeſtie cognatus eſt .
ita familiaris eſt ſapienti. Nõ ille
tamen qui mentem turbat. ⁊ quaſi
turbine quodam rationis et intelli
gentie preſtringit oculum. ſed q̃ cõ
ponit aĩm / et quaſi humilitatis fa
mes hominem reddit ad omnia v̉
tutis officia aptiorem . Unde in li
bris noctium acthicarꝫ ſcribit agelli
us vir elegãtis eloquij. ⁊ multe ſci
entie ſe aliqñ nauigaſſe cũ quodam
philoſopho. eoqꝫ nobili iter ſtoicos
Illis autẽ ex magna parte in ſentẽ
tiam ſedit . timori locũ nõ eſſe aĩo
ſapiẽtis. cũ oĩa ex neceſſitate ꝯue
niant ſtultũqꝫ ſit timere quod vita
ri non poteſt. ⁊ contra vnicũ ſit re
mediũ vt vir prudẽs fortitudinis
vires ꝑ̃paret ⁊ robore patientie q̃ſi
ſolidiſſimo animi inuicti clipeo oĩa
tela neceſſitatis excipiat. Cũ ergo
nauigium turbato mari / ventorꝫ ve
hementia celoqꝫ minaci periculoſiſſi
me iactaretur. philoſophus vi timo
ris expalluit . Deinde cum tẽpeſta
te tranſacta ſecuritas ꝓ̃buiſſet collo
quendi. vt ſit et cõgarriendi locũ.
ſociorum vn9 diues luxurioſus aſia
ticus cepit compellare ph̃m ⁊ illude
re ei. eo ꝙ contra profeſſionem ſuã
palluerat timore . cum ipẽ qui mi
nime ꝑ̃habatur mãſiſſet intrepid9
in eo ꝙ impẽdebat excidio At ille ari
ſtippi ſocratici reſponſũ retulit. Qui
cum in re ſimili ſimiliter ⁊ a cõſimi
li argueretur . reſpondit illum pro
anima nequiſſimi nebulonis meri
to non fuiſſe ſollicitum. ſe aũt timu
iſſe debere pro anima ariſtippi. Di
uitis ergo queſtione depulſa. acceſ
ſit agellius non animo exagitãdi
ſed diſcendi familiariter querens q̃
nam eſſet cauſa timoris ſui . cum ꝓ̃
ceptum ſit diſcipline ſtoicorum ne
mortis timeatur aduentus . quam
conſtat eſſe indubium terminum vi
te Ille aũt cum diſcendi auidita
te grauiter accenſum vidiſſet homi
nem librum expitecii ſtoici de man
tica protulit . in quo ſcripta erant
ea que congruebant decretis zeno
nis et criſippi . qui dicuntur fuiſſe
principes ſtoicorum. ¶ Cum ergo
librum in manibus agellius tenu
iſſet. inuenit ſtoicꝭ placuiſſe nõ eſſe

in poteſtate hominis vt viſa/quas
fantaſias appellant · in aīmū veni
ant aut recedāt · et cū venerint ex
terribilib9 reb9 aut ꝯtra neceſſe eſſe
aſſerunt · ⁊ aīm moueri ſapientis ·
vt pauliſper metu trepidet · triſticiā
a ꝯtrahatur / dilatetur leticia/cupi
ditatib9 moueatur · tanq̄ hijs paſſi
oīb9 p̄uenientib9 rationis ⁊ men
tis officiū · nec tamē ideo ꝯſcientiā
mali in mente verſari · nec approba
ri iſta · aut eis aliquem indulgeri ꝯ
ſenſum · Hoc enī eſſe volūt in poteſ
tate · Idq̧ intereſſe cenſent int̄ aīm
ſapientis ⁊ ſtulti · q̄ ſtult9 conſenſu
mentis paſſionib9 cedit · ſapiens āt
licet ea neceſſitate patiatur · retinet
tamen de rationabiliter appetēdis
vel fugiendis / verā ⁊ firmam incō
cuſſa mente ſentētiā · Hec quidē illi
auctore agellio · ⁊ pro parte elegā
ter et vere ¶ Errant tamē ſi iſtarū
paſſionū q̄ neceſſarie ſūt · rep̄ſſionē
⁊ caſtigationē citra grām/viꝛib9 ſu
is aſcribūt · eo q̄ ſoli9 miſerentꝭ eſt
dei · nō vtiq̧ currētis hoīs aut vo
lentis · vt hee in vſum iuſticie con
uertantur · Hoc autem ſufficiat de
monſtrare q̄ timore modeſtia diſ
penſatur et philoſophandi prima
ſternitur ⁊ diſponitur via · Siqui
dem ſcriptum eſt · quia inicium ſapi
entie ⁊ finis modeſtie timor domi
ni · ⁘

¶ Cplm̄ quartum · Vnde dicatur
philoſophia · et de ſamio pytagora
⁊ de doctrina ei9 q̄ ytalicas phandi
auctor extitit ·

IPſum vero philoſophie no
men a pytagora ytalico
inuentum eſt · qui tante fuit aucto
ritatis apud antiquos vt preiu
diciali opinione ſententias omni
um ſuperaret · eſſetq̧ ſatis ad quā
libet ſententiam roborandam · ſi
hoc ipſe dixiſſe doceretur · Ipſa nam
q̧ vox pro nominis vſurpatione
quadam / proprij nominis exple
bat officiū · Fuit autem hic natione
ſami9 negociatorꝭ diuitꝭ filius · cui
nomen maratus erat · ſ; pnte lōge
ditior · eo q̄ negociatio patris tāta
nequit acquirere · quāta filius con
tempnere maluit · q̄ habere · Mag
nis itaq̧ ſapientie format9 īcremē
tꝭ/ egiptum primo · mox babiloniā
ad perdiſcendos ſyderum motus · o
riginemq̧ mundi ſpectandam pro
fectus / ſummam ſcientiam conſecu
tus erat · Inde regreſſus cretam · et
lacedemona · ad cognoſcendas mi
nois ⁊ ligurgi inclitas ea tempeſ
tate leges contenderat · Quib9 om
nib9 inſtructis ad crotonioꝝ vrbem
appliant omnino reſolutam et ſoli9
virtutis opera indigentem · Fortune
ſiquidem indignantes oderant ar
ma que aduerſus locrenſes infelicī
ter ſumpſerant · mutaſſentq̧ vitam
luxuria · niſi eis pytagoras philoſo
phus obſtitiſſet · Ex quo patet quā
tum homo preſtet homini · cum vni
us perſone auctoritas/iam lapſum
ad frugem melioris vite reuocaue
rit populum · Laudabat virtutem
cotidie / ⁊ vicia luxurie denudabat ·
et cauſas et caſum vrbium perdita
rum enunciabat · Tantum quoq̧
ſtudij ad frugalitatem multitudi
nis puocabat · vt aliquos ex hijs

luxuriatos eſſe icredibile videt̃ur ·
Matronarum vero ſeparatam a vi
ris doctrinam et puerorū a parenti
b9 freq̄uēter habuit· Docebat nūc
has pudiciciam ⁊ obſequia ī viros
nūc illos modeſtiam et lr̃arum ſtu
dium Inter hec velut genitricem v
tutum/frugalitatem omnib9 ingere
bat· Conſecutuſq̧ diſputationū aſ
ſiduitate cāt· vt matrone auratas
veſtes ceteraq̧ dignitatis ſue orna
menta quaſi luxurie inſtrumenta
deponerēt/ eaq̧ omnia delata in iu
nonis edem/ipſi dee conſecrarent ·
preferens vera ornamēta matronarū
pudiciciā nō veſtes eſſe In iuuentute
q̊q̧ quātū pſligatū ſit · victi feriarū
ꝯtumaces animi manifeſtāt Dz tre
centi ex iuuenibus cū ſodalicij iure
ſacramento ſeparatam a ceterꝭ ciui
bus vitam agerēt · quaſi cetum clā
deſtine coniurationis habentes ad
verſus pitagoram / ciuitatem in ſe
conuerterunt· Que eos cū in vnā
domū cōueniſſent· cremare voluit ·
In quo tumultu·lx̃·ferme perire· ce
teri in exilium profecti ſūt · Ab hoc
itaq̧ philoſophorum gen9 ythalicū
nomēq̧ phie exortum eſt Tant9
aūt extitit ī illa parte phie que ſpe
culatiua vocatur· vt ei quiſq̄ phan
tium vix valuerit adequari Tātus
in inocētia· vt ab oīm amātū tēpe
raſſe credatur edulio Tāt9 ī cultu
iuſticie vt populos illi9 partis ytha
lie q̄ antiquitus magna grecia dcā
eſt· etiam poſt mortē nominis eius
auctoritas rexerit ¶ Cum vera an
tea ſapientes dicerentur qui videbā
tur alijs preſtantiores eſſe· interro
gatus quid ſe profiteretur· phm̃ ſe
eſſe reſpondit·i· ſtudioſum vel ſapi
entie amatorem· quoniam ſapien
tem pſiteri arrogantiſſimū videba
tur· Deniq̧ cū ad propulſandā la
bem morum·xx· annos egiſſet cro
tonc· metapontum migrauit· ibiq̧
deceſſit Cuius tanta ammiratio fu
it vt ex domo eius templum facerēt
ipſumq̧ pro deo colerent /nacti for
te occaſionem ex verbis eius dicen
tis · mentem phantis eſſe ſacrari
um ſapientie et veriſſimum dei tem
plum· Traditur etiam perſuaſiſſe
hominibus animas eſſe immorta
les· et poſt diſſolutionem corporis
vite precedentꝭ premia recepturas
Impic tamē fabulam mille ānorꝝ
p̄m9 dicitur induxiſſe ¶ Cplm̃ ·v·

De ionico genere phorꝝ et auctori
tate ſocratis et dogmate platonis
et opinione eius poſt mortem·:·

Alterum vero philoſopho
rum genus eſt · quod ioni
cum dicitur· ⁊ a grecis vlte
rioribus traxit originem · Horum
princeps fuit taleſimileſius· vnus
illorum ſeptem qui dicti ſunt ſapiē
tes · Iſte cum rerum naturam ſcru
tatus inter ceteros emicuiſſꝫ maxi
me ammirabilis extitit q̄ aſtrolo
gie numeris comprehenſis · ſolis
et lune defectus predicebat · Huic
ſucceſſit anaximāder eius auditor
qui anaximenem diſcipulum reliq̄t
et ſucceſſorem · Dyogenes quoq̧
eiuſdem auditor extitit · et anaxa
goras qui omniū rerum quas vide
m9 effectorē diuinū animū docuit ·
Ei ſucceſſit auditor ei9 archilaus·

nuꝰ diſcipulus ſocrates fuiſſe ꝑhibe
betur· magiſter platonis· qui teſte
apuleio primo ariſtotiles dācis eſt·
ſed inde a latitudine pectorꝫ plato
⁊ in tantā eminentiā phie/ et vigo
re īgenij/et ſtudij exercicio/et omni
moꝝ venuſtate / eloquij quoqꝫ ſua
uitate et copia ſubuectꝰ eſt/vt qua
ſi in throno ſapientie reſidēs/ ꝓcep
ta quadam auctoritate / viſus ſit tā
a ꝑdeceſſoribꝰ ꝙ̄ ſucceſſoribus phie
imꝑare· Et primꝰ quidē ſocrates
vniuerſam phiam ad corrigendos
componendoſqꝫ mores flexiſſe memo
ratur cū ante illū omnes phiſici id
eſt rebꝰ naturalibꝰ ꝑſcrutādis maxi
mam operā dederint · probe quidē
⁊ ſapienter cū ad vtilitatē ſuā opor
teat oīa retorq̄ri paritqꝫ ꝓſit nouiſ
ſe opa dei q̄ ſunt omnia valde bona
⁊ creatori ſuo ꝯſequēter ſimilia· ni
ſi quis id ꝑ̄pue agat ne malꝰ ſit
ipſe· Preclara igitur vite mortiſqꝫ
fama ſocratis/phie ſue reliquit plu
rimos ſectatores qui ꝑtiti ſunt vba
eiꝰ ꝑ diuerſas ſectas· de quibꝰ in ſe
quētibus pauca dicentur· Porro tā
te multitudinis diſſidētiam plato q̄
ꝑ̄minebat auctoritate cohibuit· ⁊ ī
ſe attētionē omniū diuiꝰ prouoca
uit ⁊ tenuit· Sunt qui credant
platonē non ariſtidis filium· ſed
auguſtiore ꝯceptu natum / eo ꝙ ap
pollinis figuratio matri eiꝰ perictiōi
ſe miſcuerat· quā conſtat a ſolone ſa
pientiſſimo fundatore legum actica
rum traxiſſe originem· Natꝰ eſt au
tē menſe q̄ apud acticos targelion
dicitur· die qua apud delon latona
peperiſſe creditur appollinem ⁊ dy

anam Pridie quidem ſocratem ge
nitum ferunt· Talis igitur ⁊
de talibus oriundus non ſolum he
roum virtutibus preſtitit· ſed equi
paraſſe dictꝰ eſt deorum poteſtates
Nam pſeuſippus domeſticis docu
mentis inſtructus ⁊ pueri eius acre
in percipiendo ingenium ⁊ ammirā
de verecūdie indolem laudat· ⁊ pu
beſcentes primicias labore atqꝫ a
more ſtudendi imbutas refert· et in
viro harum incremēta virtutum cō
ueniſſe teſtatur· Ex iſdem genitori
bus glaucus et adamantus ei frēs
fuerunt· Doctores habuit ī prima
litteratura dyoniſium in paleſtra a
riſtonem argis oriundum· Tātos
progreſſus ei exercitatio contulit·
vt phice luctando certamina vice
rit· picture non aſpernatus artem·
tragedi quoqꝫ ⁊ ditiri iambis ſe v
tilem fixit· Jamqꝫ carminum confi
dentia elatus· actorem ſe profiteri
cupiebat niſi ſocrates humilitatem
huius cupidinis ab eius animo ex
puliſſet· et vere laudis ei gloriam
ingerere curaſſet· Et antea quidem
eraclidis ſecta fuerat imbutus· De
rum cum ſe ſocrati dediſſet· non ſo
lum ingenio atqꝫ doctrina ceteros
ſocraticos vicit· ſed etiam labore· et
elegantia ſapientiam illuſtrauit·
eiqꝫ recta aſſertione ſenſuum et ma
ieſtate verborum plurimum adhi
buit dignitatꝭ· Socrate q̄dē dece
dēte ſe ad pytagorē ꝯtulit diſciplinā
Quā ⁊ ſi ratiōe diligēti ⁊ magfica
videbat inſtructā· verū tamē ꝯtinēti
am ⁊ caſtitatē magis cupiebat imi
tari Deīn theodorū cireneſē adijt·

vt geometriam diſceret. Inde egip
tum periit. vt aſtrologie vacaret.
ibiq; a pleriſq; creditus eſt didiciſſe
oracula ꝓphetarũ. vñ rurſus in yta
liam rediit. et pitagoricũ tarentinũ
architam ſecut9 eſt. atq; ad indos.
medos. magos. aĩm intendiſſet: ni
ſi eũ procedere vetuiſſẽt bella caletica
Quapropter inuenta parmenide
⁊ zenonis diligenti9 exſecut9: que
apud magnos philoſophos ãmira
tioni fuerant/ſingula in libris ſuis
collegit vniuerſa/docens ꝑus ſtudi
a phie/non modo nõ eſſe ꝯtraria. ſꝫ
inuicem neceſſaria ſibi. eo ꝙ mutu
is auxiliis vniũſa conſiſtũt. Multi
auditorũ ei9 vtriuſq; ſexus in phi
loſophia floruerũt. Patrimoniũ in
ortulo qui achademie iunct9 erat.
in duob9 miniſtris et pathera qua
diis ſupplicabat reliquit. Auri tantũ
habuit quãtũ puer auricula geſta
uerat in nobilitatis inſigne. Tres
aduentus ei9 ad ſiciliam mali diuer
ſis opinionib9 carpũt. Pꝫ primo
vt hyſtoriã nature cerneret ĩ ethna
et incendiorꝫ intelligeret ratioẽꝫ: il
luc ꝓfectus eſt. Secũdo petitu dyo
niſii. vt ſiracuſanis aſſiſteret: et vt
municipales ꝓuincie illi9 diſceret le
ges. Tercio vt fugientem dyonẽ
reſtitueret patrie ſue venia a dyoni
ſio impetrata. Sed in hiis omnib9
adeo diligens extitit. vt a ſtudiis
aut officiis philoſophie nullo vnꝗ̃
tempe ſuſpenderetur. Itaq; cũ
ſtudium philoſophie partim in acti
one partim in contemplatione uer
ſetur ſocrates actiuam exercuit/mo
res inſtitueẽs quibus fideliter ad be

atitudinem vite traſigitur. pitago
ras contemplatiue inſtitit ꝑ quam
ingenium exercetur et propagatur
ſcientia. Proinde plato vtramq;
iungẽdo alteri philoſophiam perfe
ciſſe laudatur. quam in tres partes
diſtribuit ethicã. phiſicam. ⁊ logicã
id ẽ moralem. naturalẽ. ⁊ rationa
lem. qua verum diſcriminatur a fal
ſo. ⁊ ſine qua diſſeri nequeunt que
vel in actione vel contemplatiõe ꝟ
ſantur. Putatur a nonnullis ꝙ
in peregrinatione ſua ihereniam ꝓ
phetam vidit. audiuitq; in egip
to ⁊ legerit ſcripturas propheticas
ſed ſupputata ratio temporum que
in cronicis continentur hyſtoriis do
cet eos nequaꝗ̃ contemporaneos
extitiſſe cum ortus platonis vix eta
tem illam apprehenderit. ⁊ inter la
bentibus centum annis temp9 quo
prophetauit iheremias attigerit.
Et ſcripture prophetice poſt mortẽ
platonis annis ferme. lx. regnante
ptholomeo qui litterarum ſtudio
ſus a iheroſolimis lxx. aſciuit inter
pretes: egiptum intrauerint. Opi
nio tamen illa conualuit. qꝛ in li
bris platonis inueniuntur multa
dictis conſona ꝓphetarum. Nam ĩ
thimeo dum cauſas mundi ſubtili
us inueſtigat manifeſte videtur ex
ꝓmere trinitatem que de9 eſt/effici
entem cauſam ꝯſtitueẽs in potentia
dei/in ſapientia formalem/finalẽ
in bonitate. que ſola induxit eum
vt omnem creaturã bonitatis ſue
participem faceret prout natura ci
iuſꝫ capax btitudis eſſe pt. Vnã tñ
in hiis viſ9 eſt intellexiſſe ⁊ docuiſſe

ſubſtantiam dum opificem vniuerſi
tatis ⁊ formatorem vnū deū aſſe
ruit·quem ob inſigne bonitatis et
dulcis affectus dixit omniū genito
rem·quem propter infinitatem ma
ieſtatis/potētie/ſapientie/⁊ bonita
tis ſue tam eſt inuenire difficile: ꝗ̄
inuētum profari digne impoſſibile·
Eundem quoqꝫ remuneratorē ſpe
rantiū in ſe eſſe et colentium ſe vide
tur aſtruere/dicens ſapientem eſſe
cultorem dei philoſophū/qui aīmo
et voto accedit ad ſapientiā·⁊ eum
eſſe amatorem dei qui ſicut cōſtitu
te vniuerſitatis cauſa eſt ā̄mirabi
lis: ita bibende felicitatis idem eſt
fōs indeficiēs ⁊ ſingularis Moy
ſes auctor eſt quia in principio crea
uit deus celū ⁊ terram ⁊ in medio
eorum aquam collocauit ⁊ aerem
Plato ꝗ̄ ab inicio vt mūdus qui ſo
lidus et viſibilis futurus erat · vi
deri poſſet ⁊ tangi/deus iecit duo p̄
ma mūdani corporis fundamenta·ig
nem et terrā· et eis concordi ꝯporci
one media ſociata inſolubili vincu
lo intercederet·niſi tamē voluntas cō
ditoris que ſola tante firmitudinis
nexus fideliſſim9 eſt vt diſſoluanť
admittat Omne ſiquidē quod iūc
tum eſt·natura diſſolubile eſt· ꝫ vt
bone conciliatiōis fedus pereat nō
eſt volūtas dei volentis bona dum
taxat Ait moyſes Qui ē miſit me
ad vos et illum ſingulari verbo et
prerogatiua ſignificatione cenſuit eſſe ꝗ̄
ſemper idem eſt·vt ei nec preteritū
tranſeat·nec futurum īmineat · ſit
qꝫ īmunis omniū motuum Nam
illa ſubſiſtendi dedignatus eſt ver

bo/qui cū tempore feſtinant ad nō
eſſe· ⁊ ſingulis momētis ꝑ varios
motus ſui proficiſcuntur in mortem
Et de hoīe quidem planū eſt·quia
vita eius non ſtatus eſt· qui verbo
ſubſtantiuo debeat exp̄mi·ꝫ tranſi
tus de vtero ad tumulū·⁊ quaſi fu
ga aut vmbra exiſtendi· Plato q̄
dem id quoqꝫ ſolum ꝓprie dicit eſſe
quod ſemꝑ eſt idem·nec motib9 va
riatur· Que vero ſint obnoxia mo
tui nō quidem ſūt·ſed videtur eſſe ·
et nequaꝗ̄ manent·ſed iugiter eua
neſcunt· et fugiūt·nec ſpectant ap
pollinem Sunt preterea platoni
cis ⁊ noſtris multa ꝯmunia·vt ſint
oīno inexcuſabiles dum veritatem
dei in mendacio detinēt Magn9 pa
ter aug9 auctor eſt ſi tamē que ſub
noīe eius concepta legi credo fide
liter quod in libris platonicorum
inuentum ſit·quod beatus iohānes
euangeliſta clarius celo intonuit· et
vltra ꝗ̄ humana mens ꝑcipere que
at· licet auris vtcūqꝫ poſſit audire
Inuentum eſt inꝗ̄ quod ait ab inici
o euangelij · in principio erat ver
bum ⁊c· vſqꝫ ad locum quo ait·et
lux in tenebris lucet· ⁊ tenebre eā
nō comprehenderunt Ego quidem
niſi in patrum ſcriptis legeretur·ne
quaꝗ̄ alicui infidelium conceſſū cre
derem· vt os in tante lucis oraculū
aperiret: ꝗ̄ oculus mūdanus nō ſuf
ficit intueri· Apoſtolicum tamen et
familiaritatis intime priuilegium
aſtruit quod verbum fidei boni ope
ris perſeuerantia illuſtrauit · cum
philoſophi euanuerint non modo
in cogitationibus ſed opibus ſuis

Deſcripſit libr̃os plurimos. et po
litia hoīs merita/contemplatio nō
repreſſit. ⁊ ꝯtemplatiōis acumē/ac
tionis neceſſitas/non extixit. Sed
lib q̃ de dogmate ei9 ē ꝯtēpnit̃ ī lau
dem eius. origenes. iheronim9. au
guſtin9. oīm philoſophoꝝ atteſtati
onibus freti ſuffiaūt ¶ De morte
eius diuerſi diuerſa ſcripſerūt. Sꝫ
ꝓbabili9 eſt cum q̃ innocēter vixe
rat ⁊ phīe ꝑcepta fuerat ꝓ virib9
inſecut9 vitam riſui nō ceſſiſſe. Nā
ꝙ de eo nōnulli tradūt. q2 verecūdi
a mot9 emiſit ſpiritū. eo ꝙ nauta
rum ꝓpoſitam non potuit ſoluere q̃ſ
tionem: conſtat nominis errore cō
poſitū Quicquid enī de eo grecorū
loquūtur fabule. hoc de homero nō
platone valeri9 maximus refert Ex
eo tamen ⁊ hoc vulgatū eſt. q2 fu
erūt q̃ homerū equiuocū platonis
dicerent. ꝓpter excellētiā ſapiētie.
ſermonis elegantiam. latitudinē
pectoris. Nam viros nobiles certū
eſt polinomios extitiſſe. Deceſſit
itaqꝫ octoginta ānis / ⁊ vno exple
tis in tāta reuerentia oīm. ⁊ integri
tate auctoritatis. vt diu dubitatū
fuerit. dijs an ſemidijs eſſet poti9
aggregand9. Sed et cū etate illa
deficiente. merita virtutū eius tan
q̄ incredibilia quodāmodo ad antiq̄
tatis fabulas vergerent. ipm inter
ſemideos venerandū labeo ſcribit.
vt q̃dē magis hoīe. min9 deo fuiſſe
doceatur ¶ Caplm vi. De ariſtotile
⁊ opinione eius. ⁊ ſtudijs. ⁊ ꝙ va
rijs diſputationibus dubitationē
achademicorum mouit et de regu
la corꝫ.

SOl e celo viſus eſt cecidiſſe
qua die phōrum princeps
plato rebus exceſſit huma
nis. et quaſi lucernā mūdi extinctā
defleuerūt qui ad thronū ſapiētie
cui ille diu ꝑſederat ſua arbitrabāt̃
ſtudia referēda. Sed cum ei ariſtoti
les diſcipul9 vir excellentis īgenij.
⁊ platoni impar eloq̃o. ſꝫ multos
facile ſuperans ī docendi officiū ſuc
ceſſiſſet: quaſi matutinū ſydus ef
fulſit hominibus. ⁊ quibuſdā mul
tiplicis philoſophie ꝑcept̃ velut va
rijs ſapientie radijs illuſtrauit or
bem. ⁊ tanq̄ oculorū deterſa caligi
ne ad contuendā veritatis ſpeciē /
mētes hoīm reparauit Sectam hic
peripatheticā ꝯdidit ſic vtiqꝫ dcām.
ꝙ deambulans diſputare conſueue
rat. plurimoſꝫ diſcipulos ꝑclara fa
ma excellens/ ⁊ arte ſuadendi. vi
uo ad h̄ preceptore ī ſuam hereſim
congregauit. Tractauit quidem
omnes philoſophie partes. et ꝑcep
ta dedit in ſingulas. ſed pre ceterꝭ
ſic rationalem redegit in ius ſuum.
vt a poſſeſſione illius videatur om
nes alios excluſiſſe. Ita tamē in a
lijs viguit vt cōmune nomē omni
um phōrum/ anthonomaſice id eſt
excellenter ſibi propriū eſſe meruē
rit. Dicit enim vrbs romam ma
ronem poeta exprimit. Sic ⁊ phi
loſophi nomen circa ariſtotilem vtē
tiū placito contractum eſt. Fuit au
tem facundus eloquio. ſed vberior
ſenſibus. ⁊ doctus ſententijs om
nium obuiare. Hic eſt qui prim9
ſtudiorum genera in agroaticum
et exotheriaum dicitur diſtinxiſſe.

Nam familiares ⁊ quaſi domeſticā
admittebantur in agratiam Exothe
rica vero nō modo extraneis · ſ; hoſ
pitib9 patebant ⁊ pegrinis // Fue
runt qui eū incubi demonis filium
crederēt ꝓpter agilitatē corꝑis · per
ſpicaciā ingenij · ⁊ glorie appetitū ·
ꝗ̃ multiplicē induſtria omnibus p̄ri
pere cōſueuerat Teſtatur de eo va
leri9 maxim9 · quia ſupme vite reli
quias ſenilibus ac rugoſis mēbris
in ſūmo lectum odio vix cuſtodiens /
adeo valēter ꝓ ſalute patrie incubu
it · vt eam ab hoſtilib9 armis ſolo
equatā in lectulo athenienſi iacēs
quidem macedonū manib9 quibus
abiecta erat eriperet Ita vrbe ſtrata
atq; euerſa alexandri familiarita
te qua reſtituta eſt · ariſtotilis opus
notū eſt Licet aūt noīm et verborū
turbator habeatur · nō modo ſubtili
tate qua ācutis celebris eſt · ſ; mira
ſubtilitate dicēdi eualuit adeo qui
dem vt platoni merito ꝓxim9 fuiſſe
videatur Eum laudis fuiſſe cupi
diſſimū vel ex eo conſtat ꝙ cū theo
decti diſcipulo libros art̄ oratorie
vt eos ederet cōceſſiſſet moleſte fe
rēs poſt ea tantū laudis ⁊ glorie ti
tulū ſe alij ceſſiſſe ꝓprio volumie q̄
buſdā rebus inſiſtens planius ſibi
de hijs in theodectis libris dictum
adicāt Vnde valerius maxim9 Ni
ſi me tam late ⁊ tam patētis ſciētie
verecūdia teneret / dicerē dignū phi
loſophū / cui9 ſtabiliendi mores alti
oris aīmi philoſopho traderentur ·
¶ Ceterū gloria ne ab hijs quidē
qui contēptū ei9 introducere conan
tur negligitur? Nam ⁊ volumib9

nomina ſua diligenter adiciunt · vt
quod ꝓfeſſione leuāt vſurpatione
memorie aſſequantur Hic eſt cui9
diſputationib9 effectū eſt vt acha
demia moueat · magis rationū ꝗ̃
colliſione ventorū Licet ei peripate
ticis nō achademicis cenſeatur · ea
tamē ſollicitūdie de ſingulis maxime
cepetūt platonici qui relicti erant ſe
re de omnib9 dubitare // Si quidē
poſt mortē platonis euſippus ſoro
ris ei9 filius et xenochrates dilect9
ei9 diſcipulus in ſcolam que achade
mia vocabatur eidē ſucceſſerunt · ⁊
ob hoc ipſi ⁊ ſucceſſores eoꝝ acha
demici appellabantur a loco · ſicut
platonici a magiſtro Ex quib9 val
de nobilitati ſunt greci · plotin9 · ia
blicus · ⁊ porphirius catholice veri
tatis vt dicit peſſim9 impugnator
In vtraq; vero lingua · greca ſcilicet
et latina nobilis extitit apuleius
offer; vir magnus in primus · ⁊ q̄
venuſtate morum et diſcendi copia
ſocraticum fontem ⁊ torrentem pla
tonicum facile redoleat · vel tenuiter
ſapienti · Ab hijs fluxerunt et alij
multi · qui dubitalia diſcutere ſicut
nulli preiudicaretur maluerunt; ꝗ̃
auſu temerario diffinire · maxime
cum occultam crederent veritatem
eorum / de quibus in vtramq; par
tem probabiliter diſputatur Vnde
et achademicorum antiquiſſima re
gula eſt · vt quiſq; quod ſibi occur
rit probabile ſuo iure defendat ·
¶ Capitulū ſeptimū De alia ſen
ſus alia rationis · alia religionis auc
toritate probantur · et ꝙ fides in
omni doctrina aliquod ſtabile iniciū

cendicat· quod probari non debet·
⁊ ꝙ alia per ſe doctioribus innoteſ
cunt· alia rudibus ⁊ quatenus du
bitandum ſit · ⁊ ꝙ pertinacia veri
tatis inquiſitionem plurimum im
pedit·

Sunt etiam nonnulla que
ſenſus/rationis/aut religi
onis ꝑſuadet auctoritas ·
Horum dubitatio infirmitatis/er
roris notam habet aut criminis ·
Querere enim an ſol ſplendeat· al
beat nix· ignis calcat hominis eſt
ſenſu indigentis At vero an terna
rius maior ſit binario · ipſum quo
ꝗ totum ⁊ medietatem eius conti
neat querere ⁊ an quaternarꝰ ſit
duplꝰ binario indiſcreti eſt ⁊ cui eſt
ratio ocioſa · aut deeſt omnino ·
Qui vero an deꝰ ſit deducat in queſ
tionem ⁊ an idem potens ſapiens
ſit an bonus ⁊ nonmodo irreligio
ſus ſed perfidus eſt ⁊ pena docente
dignꝰ eſt inſtrui ¶ Sunt eni in om
nibus phiſicis diſciplinis/ quedam
prima · ⁊ vt ita dicā certini verbo
primitiua principia de quibus eo
rū auctore dubitarē nō licet/niſi hijs
quorum labor in eo verſatur/ne q̄d ſci
ant Nam ſicut quedam ſe corpore
is ſenſibus ingerūt· vt apud ſenſa
dolatere non poſſint· quedam ſubti
liora ſunt vt niſi familiarius adhi
bita· ⁊ perſpecta diligentius ⁊ per
tractata ſint non ſentiantur· ſic ſūt
aliqua tanta ſui luce perſpicua ⁊ vt
latere non poſſint rationis aſpec
tum · ſed cōmuniter videantur ab
omnibꝰ magis tamen ⁊ minus ⁊
pro capacitate ⁊ viribꝰ ſingulorum

¶ Alia quidem ſūt que quaſi quo
dam ſcrutinio indigent ⁊ quia iſto
rum ꝯſecutiua ſunt/diligentius per
ſcrutantem latere non poſſunt· Et
hijs tn̄ ⁊ illis q̄dā videt̄ anteriora
eſſe/q̄ rō phic/q̄ſi i fidei fundamēta
ꝯſtitute· petes vt ſpe ꝓfficiēdi/ea ſibi
gratuito cōcedantur Sic ⁊ geome
tre/pmo petitiones quaſdam/quaſi
